

¶ 10 ¶

FUNDAMENTA  
PUNCTATIONIS  
*LINGVÆ SANCTÆ.*

SECTIO I. de LITERIS.

*Canon primus.*



INGUÆ HEBRÆÆ, mateti-  
aliter consideratæ, prima prin-  
cipia sunt *Literæ & Punctæ*.

§. 2. Literæ comprehen-  
duntur Alphabeto, suntque  
numero XXII. natürâ omnes Consonæ.

Ordinem illarum ipsa S. Scriptura, Nomen verò  
singularum, Figuram Sacram, nec non Potestatem tum  
essentiale, tum accidentale in numerando, subje-  
ctum Schema exhibet.

<i>Nomen.</i>	<i>Figura.</i>	<i>Potestas.</i>	<i>Numerus.</i>
Aleph	א	(') Spiritus lenis Græcorum,	1
		indicari potest h inverso,	q.
Bheth	ב	β cum aspiratione, bh.	2
Ghimel	ג	γ aspiratum, gh.	3
Dhaletb	ד	δ aspiratum, dh.	4
He	ה	(') Spiritus asper Græcorum, h.	5
Vav	ו	Digamma Æolicum, v.	6
Zajin	ז	ζ ds, z.	7
Hheth	ח	hh, vulgè ch.	8
Teth	ט	τ t.	9
Jodh	י	j	10
		A	Chaph